



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Leobardvs C. 18. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ribus animi oculis arbitratur , aream esse aucupis
videt laqueis undique obiectam: scire percupidus,
quis hos effugeret, responsum accipit , qui animo
demissio esset. Subinde Martyrum pugnis cum actor
adesse non posset, spectator adfuit, & hortator , ju-
dicique saepe in veste candida obvius mortem nec-
quicquam ambijt, eremo pugilem sibi depositum.
Illic cum ageret, a Constantino filiisque Impera-
toribus persaepe litteris salutatus, vicissim , eos of-
ficijs sui commonefecit, & a suo ad divinum tribu-
nal crebro jussit advertere. Natus annos C. & V.
ista suis suggestit documenta : Viverent quotidie
morituri: quotidie melioris animi proposita no-
varent: Issvm assidue suspirarent: hoc nomine
clypeo in hostem uterentur: haereticorum fami-
liaritatem fugiendo effugerent. Sub haec mortuus
anno a partu Virginis CCC. LVIII. vitae praeco-
nem magnum Athanasium habuit, uti & haeredem
palliolii sui laceri quidem & detriti, sed quod virtu-
tem sciret tegere. Ex S. Athanas.

Ecce venatorum spiritualium quorū sunt laquei
ad capturam animarum toto orbe diffusi ! hos tan-
tummodo evadunt, qui mundum ipsum de dignantur
amare, illum secedendo spernunt, eusq; concupiscentijs
abdicatis Deo in spiritu militare proponunt. S.
Laur. Iust. de Contempt. mundi.

S. LEOBARDVS C. 18. Ianuarii.

In ingentes opes natus LEOBARDVS ad nuptias
non tam invitabatur, quam cogebatur a paren-
tibus, quas tamen mors utriusque interturbavit.
Filius sponsus, ubi iusta his persolvit, ad germanum
proficiscitur. Sed hic tum fortè ebrius neque
agnoscere fratre & fratrem velle, quin contumeliosè
acceptum

cupis
idus,
mimo
actor
, ju-
nec-
ente.
pera-
os of-
tribu-
& V.
tidie
a no-
mine
fami-
tuus
æco-
edem
irtu-
quei
tan-
ntur
scen-
t. S.

otias
ren-
avit,
ma-
que
liosc
tum

acceptum fide minimè germanā hospitem domo exigere. Hic LEOBARDVS, dum noctem sub diō agit, cælumque ad faces suas contemplatur, Certè inquit, hoc non excludet, nisi aditum ipse mihi interclusero. Et quousque demum servitutem inundo ingrato hanc serviam? nunquid non mors ipsa parentum ad pileum vocat? nolentes mundo mortui mori me volentem docent. At innumeratas opes numero, nempe quas pater heri, ego hodie, cras alius numerabit. Sponsa mihi est. Mater scilicet bella mihi, & lites pariet. Et ubi tunc castissimæ nunc animi lilia? morientur hæc; & ego Superistam nobilem odorem invidebo? Ergo tibi hunc mentis candorem, o cælum, tu verò terra, res tuas tibi habe. Exulabis & tu animo nostrò. Irasceris prior exclusisti. Hæc secum LEOBARDVS, mox recti Asceterium; ibi ipsos duos & viginti annos angustiis cellæ inclusus aditum ad se mundo viciissim negavit, neque tamen vel talis sine prole in cælos abijt. Reliquit post se virtutem nobilem filiam & vobis, Sodales Parthenii, locandam. Cur abnuitis pauperē ducere? dabit cælū dotē. Ex Sur.

Non in nobis flamma libidinis astuet, non turpis cogitatio pulchram anima nostra coram Deo speciem fædet. Non nos terrene facultatis abundantia insuperbiā erigat, non tenacitas misericordia viscera pauperibus claudat: Vigeat in nobis perpetua castitas. S. Pet. Dam. serm. 65.

S. LAVNO MARVS ABB. 19. Januarij.

E Galliā est hoc liliū, quod manū tenes. Multa inde in rosaria Mariana transferemus; intercedi isto oculos oblecta. Nascitur ergo LAVNO-MARVS anno post natum Servatorem vigesimo supra